CAESARIUS HEISTERBACENSIS

1445 Seite 33v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5735

Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

mari et factum est tranquillitas
magna ita quod omnes qui in
mari erant mirarentur
Revertentesque colonia dena
rios reddiderunt pelle beati
Andree gratis offerentes
collati non immemores benefi
cij *Exemplum de sancto Iacobo*

Civis quidam de Trai
iecto inferiori cum
filio ad sanctum Iacobum pro
fectus est Accidit autem ut in
quodam loco hospes eius nescio
quid perderet et suspicione de
eo habens furtum illi coram
iudice imponeret Quo ne
gante et dicente deus no
uit et sanctus Iacobus testis
est me nunquam fuisse furem
neque furis socium Iudex vero
verbis eius non credens sed
suspendij sententia innocen
tem dampnat Videns igr
filius patrem dampnatum
nec ei aliquo posse fratrum
testimonia flens et eiulans
dixit ad iudicem Rogo vos
intuitu dei et sancti Iacobi
ut me suspendatis pro meo
dimisso Ego enim noui inno
centiam illius Eius fletibus et
instancia tandem iudex victus
patrem absoluit filium quod sus
pendit Pater vero tristis
his cum socijs procedens et li
mina sancti Iacobi visitans
rpi q p aia supplicitis filij
cum socijs repatriare cepit Cum
autem ad locum suspen
sionis filij redijt ait soci
bus State fratres filius meus
Precor ut paululum sub
sistatis ut illum deponam atque
sepeliam Audita voce patris
filius respondit Bene venias
pater Adhuc enim vivo de
positus quod et interrogatus que
nam esset causa tanti mira
culi ait Sanctus Iacobus ab
ea hora qua huic patibu
lo appensus sum manibus me
sustentauit Non esuriui
non sitiui nil doloris sensi
nec unquam in melius fuit
omnibus diebus vite mee Sta
tim quod patrem ad beatum Iaco
bum properans filius ut votum
solueret pro ut gratias redderet
incolumes reuertitur in ciui
tatem traiectensem *Nouicius*
Stupenda sunt hec quando
que dicis *Monachus* Referam
tibi inuicem aliud de sancto
Thoma apostolo maius illo

Exemplum notabile de sancto Thoma apostolo

Miles quidam sanctum Tho
mam tam ardenter
diligebat tam specialiter
pre ceteris sanctis honora
bat ut nulli pauperum in
nomine eius petenti elemosinam
negaret Multa etiam
priuata seruitia ut sunt